

PREFAT. SCI. IHERONI
MI. PRBI. DE EVGENIS.
ET CANONIBVS.
EATO. PAPER.



Damaso iheronimus. **N**ouū
opus facere me cogis exueteri. ut
post exemplaria scripturarum to
to orbe diffusa. quasi nouus arbiter
sedeam. & que inter se uariant. que sint
illa que cum greca consentiant ueritate discernam.
Pius labor. sed periculosa presumptio. iudicare de ce
teris. ipsum ab omnibus iudicandū. senis mutare lin
guam. et canescentē iam mundū ad initia retrahere
paruulorū. Quis enim doctus pariter uel indoctus cum
in manu uolum̃ assumpserit. & a salua quā semel
imbibit uiderit discrepare qđ lectitat. non statim
erumpat in uocem. me falsarium me clamans esse
sacrilegum. qui audeam aliquid in ueribus libris ad
dere. mutare. corrigere. **A**duersus quā inuidiam du
plex causa me consolatur. quod et tu qui sūmus sacer
dos es fieri iubes. et uerum non esse quod uariat. etiā
maledicorū testimonio cōpbatur. Si enim latinis exem
plaribus fides est adhibenda. respondeant quibus
tot sunt pene exemplaria quod codices. sin autem



ueritas est querenda de pluribus. cur non ad grecam
originem reuertentes. ea que uel auarosis interpretibus
male edita. uel a presumptoribus imperitis emendata.
peruersius. uel a librariis dormitantibus aut addita
sunt. aut mutata corrigimus. Neque uero ego de ueteri
disputo testamento. quod a septuaginta senioribus
in grecam lingua uersum. tercio gradu ad nos usque p
uenit. Non quero quid aquila. quid symmachus sen
tiant. quare theodotion inter nouos et ueteres medi
us incedat. Sit illa uera interpretatio quam apostoli pro
bauerunt. De nouo nunc loquor testamento quod
grecum esse non dubium est. excepto apostolo matheo.
qui primus in iudea euangelium christi hebraicis litteris e
didit. Hoc certe quod in nostro sermone discordat. et
diuersos riuulorum tramites ducit. uno de fonte que
rendum est. Pretermitto eos codices quos aluciano
et esychio nuncupatos paucorum hominum asserit p
uersa contentio. Quibus utique nec in ueteri instru
mento post lxx. interpretes emendare quid licuit.
nec in nouo profuit emendasse cum multarum gen
tium linguis scriptura ante translata doceat falsa
esse que addita sunt. Igitur hec presens prefatiun
cula pollicetur. quatuor tantum euangelia. quorum
ordo iste est. Matheus. Marcus. lucas. iohannes. Co